



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

VI. Vt vespere sabbati omnes ab opere cesserent: & cum Iudeis non  
habitent, nec cibum cum eis sumant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

ANNO  
CHRISTI  
1050. tiones sciant. Presbyteri ad nuptias causa edendi non eant, nisi ad benedicendum. Clerici & laici, qui ad conuiua defunctorum venerint, sic panem defuncti comedant, vt aliquid boni pro eius anima faciant, ad quæ tamen conuiua vocentur pauperes & debiles pro anima defuncti.

V I.

Sexto vero titulo admonemus, vt omnes Christiani die sabbati aduesperascente ad ecclesiam concurrant, & dominica Matutina, Missas, & omnes horas audiant, opus seruile non exerceant, nec sectentur itinera, nisi orationis causa, aut sepeliendi mortuos, aut visitandi infirmos, aut pro regis secreto, pro Saracenorum impetu.

Nullus etiam Christianus cum Iudeis in vna domo maneat, nec cum eis cibum sumat. Si quis autem hanc nostram constitutionem fregerit, per septem dies pœnitentiam agat. Quod si pœnitere noluerit, si maior persona fuerit, per annum integrum communione careat; si inferior persona fuerit, centum flagella accipiat.

V II.

Septimo quoque titulo admonemus, vt omnes, comites, seu maiorini regales populum sibi subditum per iustitiam regant, pauperes iniuste non opprimant, in iudicio testimonium, nisi illorum præsentium, qui viderunt aut audierunt, non accipient. Quod si testes falsi conuicti fuerint, illud supplicium accipient, quod in libro iudicium de falsis testibus est constitutum.

Concil. Tom. 25.

B b b b